

JESU CHRISTI
ANNUS
451.

LEONIS PAP.
ANNUS
12.

VALENTIN. 27. IMPP.
MARCIANI 2.

I. **Q**uadragesimus quinquagesimus primus Christi annus lætis auspicijs Consulatus religiosissimi Imperatoris Marciani cum collega Adelfio aperitur, memorabilis Magni Concilii Chalcedonenſis pacifica celebratione: de quo nos acturi, quæ ante ipsum præceſſere, res geſtas diligenti narratione in medium adducemus. Ac primum de legatis Apoſtolice ſedis Abundio atque collegis dicendum. Hos quidem de rebus geſtis ad S. Leonem Papam relationem miſiſſe unacum Anatolio Conſtantinopolitani Episcopii epistoſa fidei profeſſionem continente, ex ejuſdem S. Leonis litteris conſtat: Quam cum ipſe S. Pontifex accepiſſet, atque eam in omnibus intellexiſſet eſſe Catholicam, in omnibus aſſentientem iis quæ in epistoſa ad Flavianum conſcripta erant: gratulatorias atque pacificas eidem Anatolio litteras reddidit hoc anno Idibus Aprilis, quarum huiusmodi eſt exordium (a):

(a) Leo
ep. 40.

II.
De litteris ad Anatolium redditis.

Gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quia (ſicut dilectionis tue litteris & fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramus, relatione cognovimus) ſequacem te Evangelicæ eruditionis oſtendis: ut per ſacerdotis probabilem fidem merito præſumamus, quod to-

ta Eccleſia eidem credita nec rugam cuiuſquam ſit erroris habitura, nec maculam. Hæc exordiens habet. Quod vero lapſis in hæreſim Episcopis, vel hæreticorum communione ſcedatis, ad Eccleſiam Catholicam reverti cupientibus non niſi propriæ Eccleſiæ communicatio conceſſa eſſet; quid præterea iſſdem indulgeat S. Leo, ita ſubdens in eadem epistoſa iſta declarat: De fratribus vero, quos & epistoſis tuis, & legatorum noſtrorum relatione communione noſtræ cupidos eſſe cognovimus, eo quod doleant ſe contra potentiam, contraque terrores non tenuiſſe conſtantiam, ſed alieno ſceleri præbuſſe conſenſum, cum ita eos formido turbaveſſet, ut in damnationem Catholici atque innocentiſ Antiquiſſis, & in receptionem deſeſtabilis pravitateſ trepido famularentur obſequio: illud quidem, quod præſentibus & agentibus noſtris conſtitutum eſt, approbamus, ut ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communione contenti. Hæc jam per legatos Conſtantinopoli decreta erant: ſed quid hiſ amplius ipſe Leo putaverit eſſe indulgendum, ex verbis ipſius accipe:

Sed cum legatis noſtris, quos miſimus, participata tecum ſollicitudine volumus diſponatur; quatenus hi qui plenè ſatisfactio-

III.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5944.

SÆC. V. © 12. G. D 15. P. 8. April. Indiſt. 4.

Anno Eræ Hiſpan. JESU CHRISTI 451.

CCCC. LXXXIX. LEONIS PAPÆ 12.

A. C. 451. VALENTINIANI III. 27.

MARCIANI 2.

I. [1] **C**OSS. Marcianus Aug. & Fl. Adelfius, ut vocatur a Proſpero in Chronico, qui in Occidente creatus eſt, ut liquet ex litteris Sancti Leonis hoc anno datis, quæ omnes

Tricennalia Valentiniiani.

foliæ ejus nomine conſignantur. Marciani Conſulatus juxta priorem Conſulatum Cæſariorum regulam, Imperii Cæſarei Valentiniiani Tricennalia in hunc annum incidunt.

A num. I. ad XXXIV. Sanctus Leo quod antea per litteras Marciano pollicitus erat, Legatos Lucentium Aſcalanum Episcopum, & Baſilium Presbyterum Conſtantinopolim miſit; ut conciliorum, qui Ephèſi lapſi erant conſeſſionem reciperent, & ad communionem ſummi Pontificis admitterent. Alia illis negotia commiſit, dediditque litteras ad Marcianum binas, ad Pulcheriam, ad Anatolium Conſtantinopolitanum Episcopum, & Julianum Episcopum Coenſem. Duæ Leonis Epistoſe ad Marcianum, quæ alias erant ordine XLII. & XLIII. nunc ſunt LXII. & LXIII. Epistoſa ad Pulcheriam, quæ alias XLV. nunc LXIV. Epistoſa ad Anatolium, quæ alias XLVI. nunc LXV. Epi-

II.

S. Leo Legatos Conſtantinopolim miſit ad recilianſes lapſos Episcopos mittit.

NOTE [1] **C**OSS. Marcianus Aug. & Fl. Adelfius. Vetus inſcriptio apud Aringium tom. II. pag. 419. & apud Reinſium pag. 977.

DEPOS. VIII. KAL. OCTOBR.
ADELFO. V. C. CONSVLE

Faſti Idatii: Adelfio & Marciano. Laterculum epistoſarum S. Leonis Papæ, quæ hiſ Coſſ. datæ ſunt, vide apud Relandum. Item de Adelfio conſule adi Fontaninum de Antiquitatibus Horæ lib. II. cap. I. Actioes I. II. III. IV. V. VI. VIII. XI. & XIV. Concilii Chalcedonenſis apud Labbeum Conſil. tom. IV. pag. 78. & 236. A. D. 451. menſe Octobris conſulatu Marciani Auguſti, & ejuſ qui fuerit Declaratus Conſul. Mirum menſe Octobri nondum in Oriente pervulgatum fuiſſe conſulis Occidentalis nomen. Victor: Conſulatu Marciani Aug. Marcellinus: Marciano Aug. & Adelfio. Proſper editus: Marciano Auguſto, & Flavio Adelfio. Proſper Vaticanus MS. Marcianus, & Clodius Adelfus.